

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

27

1396 giugno 25, Ind. IV, Matera

† Quo Christus natus sumpsit de Vergine carnem anno millesimo trecentesimo nonagesimo sexto. Regnante... Lodoyco secundo Dei gratia... Ierusalem et Sicilie rege, ducatus Apulie et Andagabie, principatus Capue, Provincie, Teronie, Zenomonie et Forcalquerii ac Pedimontis comite, regnorum eius anno duodecimo ... mense iunii, die vicesimo quinto eiusdem quarte indictionis, Matere.

Nos Iacobus de Abbamonte, annalis Matere iudex, Tutius de Rahone, de eadem terra, puplicus per provincias terre Ydronti, terre Bari, Basilicate et Capitinate reginali auctoritate notarius, Angelus iudiciis Andree, Iohannes Toczulus, dopnus Antonius de Paulo, Silvester de Martucio, Simminus de Perrello et Eustasius Nicolai Subtilis, testes ... de eadem terra ... fatemur ... quod ... accersitis nobis ... ad petitionem ... sororis Roselle ... abbatisse et sororis Mabilie, priorisse monasterii Sancte Lucie de Matera, ad domum habitationis predictarum monialium, sitam intus in dicta terra Matere, in Saxo Cavioso, in loco de Planellis, suptus menia civitatis, ubi invenimus prefatam ... abbatissam et ... priorissam ex una parte et Aquila muliere cive Matere, ex parte altera ... soror Rosella ... et soror Mabilia ... asseruerunt ... quod cum monasterium ipsum multis egeat reparationibus et sit tanta paupertate gravatum, quod moniales ipse degentes in eo videntur fame perire, ob quod habuerunt recursum ad ... dominum \*\*\*\*\* Dei gratia archiepiscopum Accherontinum, prefatus dominus ... eis licentiam tribuit ut vendant aliquid de bonis ipsius monasterii et reparationibus ipsius monasterii et eorum necessitatibus valeant subvenire. Quapropter ... prefata domina Rosella ... et soror

Mabilia ... stante ... cum eis ... prefato Iohanne Toczulo pro momentanio avvocato earum causa honoris ecclesiastice dignitatis, ... vendiderunt ... prefate Aquilie ... venditionem ipsam pro se tantum sua vita durante recipienti ... pro uncia una ... ipsius venditionis pretio ... Cuius quidem predictae cripte vendite (sic) dicte moniales venditrices hos dixerunt esse fines, videlicet primus finis est frons ipsius cripte, secundus finis est palatium dotale Antonii de Cavasigno, tertius finis est via introitus dicti palatii, quartus finis est cripta heredum condam Roberti iudiciis Roberti... Infra hos itaque fines... dictam criptam cum platea ante ipsam prefate Aquilie... vendiderunt moniales predictae... cum pactis... infrascriptis, videlicet quod dicta Aquila... vita sua durante ... possideat dictam criptam ... ita tamen quod domus ipsa post mortem ipsius ... deveniat ad prefatum monasterium ... Et obligaverunt se moniales ipse ... sub ypotheca omnium bonorum dicti monasterii prefatam venditionem ... habere ratam et firmam omni tempore ... Et ... visis et non tactis sacrosanctis evangeliis personaliter iuraverunt predicta ... adimplere ... prout ... superius sunt expressa ...

† Iacobus de Abbamonte annalis Matere iudex

† Ego Angelus iudicis Andree testor qui supra

† Signum crucis proprie manus Simmini de Perrello qui supra testis scribere nescientis

† Ego dopnus Antonius de Paulo testor qui supra

Mense iunii, die XI eiusdem XV indictionis, Matere, in presentia Petri Martii, regalis Matere iudicis, Tucii, puplici etc. dopni Petri de Romata, dopni Antonii

de Mollucuto, dopni Angeli Spinelli, Iaquintelli dopni Angeli et magistri Guillelmi Bardarii, de Matera, testium etc. presens instrumentum scissum et fractum est, pro eo quod dicta Aquila, mulier, voluntarie renunciavit et \* supradictis et per guadium et stipulationem solemnem assignavit prefatam criptam dopno Angelo Antonii de \* Martucio de Petro, presentibus et recipientibus pro parte monasterii supradicti etc.